Cimel V. a. 2.
Cim. 50

C. iconogr. 411 in fol
2° L. impr. membr. GA.

Albrechten Dürers weitberühmbten Malers Handrüsk.

Anno 1515.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Oratio ad suũ ꝓpriũ angelũ.

Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Et sis mihi custos omibus diebus vite mee. Deus Abrahã. Deus Ysaac. Deus Jacob miserere mei. Et mitte in adiutoriũ meum proprium angelũ gloriosissimũ: qui defendat me hodie: et ptegat ab omibus inimicis meis Sctẽ Mihael archangele. Defende me in plio: vt non pereã in tremendo iuditio. Archangele christi. Per gratiam quã

meruisti a domino: te deprecor
per vnigenitum dei dominũ
Ihesum christum: vt eripias
me hodie a periculo mortis et
diaboli insidijs. Scte michael.
Sancte gabriel. Scte raphael
Omnes scti angeli et archan-
geli dei succurrite mihi pecca-
tori: precor vos omnes virtutes
celorũ: vt mihi per summi regis
potentiam detis auxilium: q̃
nullus inimicus me condem-
nare possit: nec in via amen:
nec in domo amen: nec extra

domũ: nec dormiẽtem: nec vi-
gilant + Ecce crucẽ dñi fugi
te ptes aduerse. Vicit leo de tri
bu iuda. Radix dauid allelu-
ia. Saluator mũdi salua me:
qui per crucem et sanguinem
tuum redemisti me Auxiliare
mihi deus meus Agyos agy-
os agyos. Crux christi pro-
tege me Crux xpi salua me.
Crux christi defende me ab
omi malo: presenti: preterito:
et futuro: in nomine patris
et filij et spiritus sancti. Per

eum qui vēturus est iudicare
viuos et mortuos Ame

Oratio ad beatissimā dei genitricem virginem Mariam.

Obsecro te dña sctā Maria: mat dei pietate plenissima: sumi regis filia. Mater gloriosissima: mat orphanorum: consolatio desolatorū via erratiū: salus et spes in te sperātium: virgo ante partū: virgo in partu: virgo p̄ partum: fons misericordie: fons salutis et gratie: fons pietatis

et letitie: fons consolationis ⁊
indulgentie: per illam sanctã
inestimabilem letitiã: qua ex-
ultauit spũs tuus in illa hora
quãdo tibi p gabrielẽ archan-
gelũ annũciatus ⁊ conceptus
filius dei fuit. Et per illud di-
uinum misterium quod tunc
operat⁹ est in te spiritus sctũs
Et per illam sctãm inestima-
bilem pietatem: gratiã: mise-
ricordiam: amorem. et humi-
litatem. per quas filius dei de
scendit accipe humanã carnẽ

in venerabilissimo vtero tuo.
Et in quib⁹ te respexit quãdo
te cõmendauit sancto Joan-
ni apostolo et euangeliste. Et
quãdo te exultauit super cho-
ros angelorum et archãgelo-
rum. Et per illã sanctã inesti-
mabilem humilitatẽ: in qua
respondisti archangelo gabri-
eli. Ecce ancilla dñi: fiat mihi
secundum verbum tuum. Et
per illa sanctissima ãndecim
gaudia: que habuisti: de filio
tuo domino nostro Jesu cri-

sto. Et per illam sanctã mari=
mam̃ cõpassionem: et acerbis=
simum cordis dolorem quem
habuisti: quando dominũ no
strum Jesum cristũ ante cru=
cem nudatum: et in ipsa leua=
tum vidisti pendentem: cruci=
fixum: vulneratum: sitiẽtem
fel apponi: hely clamantẽ au=
disti: et morientem vidisti. Et
per quinque vulnera filij tui.
Et per contractionem visterũ
suorum pre nimio dolore vul=
nerum Et per dolorem quem

habuisti: quando vidisti eum
vulnerari: et ꝑ fontes sangui-
nis sui Et ꝑ omnẽ compassio-
nem eius. Et per omnem dolo
rem cordis tui. Et ꝑ fontes la-
crimarũ tuarũ: vt cũ omnibus
sctis ⁊ electis dei venias ⁊ festi
nes in auxiliũ et cõsiliũ meũ:
in oibus oratiõibus et requesi-
tis meis. Et in omnibus angu-
stijs et necessitatibus meis. Et
in omnibus rebus illis: in qui-
bus ego sum facturus: locutu
rus: aut cogitaturus. Omni-

bus diebus ac noctibus: horis
atq; momentis vite mee. Et
mihi famulo tuo N. et oibus
amicis meis: impetres a dile=
cto filio tuo complementum
bonum cum omni misericor=
dia et consolatiõe. Omni con=
silio: omni auxilio et adiutorio.
Omni benedictione et sancti=
ficatiõe: omni saluatiõe: pace:
et prosperitate. Omni gaudio
et alacritate. Etiã habundan=
tiam omnium bonorum spi=
ritualium. temporaliũ: et cor=

poralium. Et gratiā spiritus
sancti qui me bene per omnia
disponat: animam meam cu
stodiat. Corpus meum regat:
mentem erigat: cursum diri-
gat: sensum infundat: mores
componat: actus probet: vo-
ta et desideria mea perficiat.
Cogitationes sanctas institu-
at: preterita mala indulgeat:
presentia emendet: futura mo
deretur. Vitam honestam et
honorabilē mihi tribuat. Bo-
nam spem: charitatē: fidem:

castitatem: humilitatē: et pati
entiam. Quinq; sensus corpo-
ris mei regat et protegat. Se-
ptem opera misericordie com-
plere me fatiat. Et decem p̄cep
ta legis firmiter tenere et cre-
dere me cōtedat. Et duodecim
articulos fidei: et a septē pecca
tis mortalibus me liberet et de
fendat: vsq; in finem vite mee
Et in nouissimis meis diebus
ostende mihi gloriosissimam
fatiē tuā. Et annūcties mihi
diem & horam obitus mei. Et

hanc oratiõem meam suppli-
cem suscipias et exaudias: et
vitam eternam mihi tribuas
Audi et exaudi me o dulcissi-
ma Maria: mater dei et mise-
ricordie Amen.

Cuiipsius in deũ cõmendatio

O mie deus: fili dei: me-
mento promissiõis tue:
ex tuo sacratissimo ore: cum in
humanis esses. Cuilibet in te
credentẽ ac sequentẽ: eternam
vitam promisisti. Unde in pre
sentiarum hac die: et alijs die-

bus credere in te nũquam er=
rabo: hoc protestor: sequi quoq;
vestigia tua. Quantũ huma=
na fragilitas patitur omnio
volo: ac spero. Recedant a me
omnes inmũditie: cogitatio=
nes: vt legem tuam absq; cor=
ruptione seruare possim. Re=
cedat a me hac die omis spiri=
tus sathane: ac seruitores iude
ne mihi noceant in aniã et
corpore: vt tibi laudes eternas
dicere possim Per omnia secu
la seculorum Amen.

De Sancta Barbara.

Deus qui virgini & mar
tiri tue Barbare cun=
ctis eius memoriam facienti=
bus veniam peccatorum su=
rum concessisti. Et in die iudi=
cij nullã fieri memoriã de eor
negligentijs angelica voce re=
uelasti. Concede propitius: vt
id quod in die obitus sui a te fi
deliter impetratum extitit (vt
pie credimus) in die iuditij mi
sericorditer valeam⁹ obtinere
Per christũ dñm nostrũ Amẽ

1515

De Sancto Sebastiano

Deus qui beatũ Sebastianũ gloriosum martirem tuũ in tua fide & dilectione tam ardenter solidasti: vt nullis carnalibus blãdimẽtis nullisq; carnificũ: gladijs siue sagittis aut tormẽtis a tua cultura potuit reuocari. Da nobis quesumꝰ miseris peccatoribus: et indignis: eius meritis et intercessiõibus: in tribulatione auxilium: in persecutione solatium: in omni tribu

latione et angustia: ac contra
epidimie remedium. Quate-
nus possimus contra cunctas
diabolicas insidias virilit di-
micare: mundum et ea que in
mūdo sunt omnino despicere:
nullaq; eius aduersa formida
re: superbiā et vanam gloriā:
noxam iram: cordis omnem
immūditiā: cum omnibus vi-
ciis supare: et que a te ipsa sunt
recta semper intentione ꝛ age
re et perficere. Per christū do-
minum nostrum Amen

De Sancto Georgio

Omnipotens sempiterne deus. Qui deprecantiũ voces benignus exaudis Maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut in honore beati et gloriosi martiris tui Georgij: draconem a puella suppetare voluisti: ita eiusdẽ intercessione hostes nostros visibiles et inuisibiles: ne nocere nobis valeãt pretedere dignetis. Per christum dominum nostrum Amen.

Proprie sue fragilitatis: cũ gra
tiarũ actione in deũ cognitio.

Gratias tibi ago omipo
tens deus: de tua in me
innumerabili et imerita gra=
tia. Quod me pauperẽ tuã cre
aturã: absq; meis meritis: ita
pre ceteris de omibus terrenis
dotasti: et filiũ eternitatis (si vo
lo) creasti: et ita mira in omni
bus saturitate: vnde te adoro:
laudo: et glorifico in eternum
Nec ego miserabilis peccator:
si omni die multas horas ge=

nibus fleris coram te stare: ti=
bi suffitienter de hoc gratiarũ
actiones cõdignas pferre va=
leren. Sed domine mi: recor=
dare ineffabilem tuam mise=
ricordiam: qui mulierẽ infir=
mam: ex tuo tantũmodo zelo
et fide firma: fimbriam vesti=
menti tangentem curasti: ita
o pissime deus: capias de me
humili tuo seruitore: talẽ zelũ
fidem et amorem in te: vt hac
breui oratione p hac die et om
ni tẽpore: tuã valeam gratan

ter p̃fatam recognoscere: et re-
compensare christianam crea-
tionem: et inmeritã munera-
tionẽ Et per intercessionẽ glo-
riose virginis Marie: et meor
sanctorum quos singulariter
inuoco: vt meã inuocatiõem
in auribꝰ tuis cõdignã facere
dignerꝰ. Qui viuis et regnas
deus. Per oia secula seculor.

Post eleuationem corporis et
sanguis dñi nostri iesu christi.

Presentia Corporis
sanguinis tui domine

iesu christe tibi me commēdo:
vt per virtutem sancte crucis:
benedicas et ꝓtegas me omni-
bus horis atq; momentis: ab
hostibus visibilibus et inuisi-
bilibus. Et precor te ꝓpter glo-
riosum nomen tuū: vt de tua
pietate mihi bonū finē largia
ris: vt nunquā spiritus meus
egrediatur: nisi in bonis ope-
ribus: ⁊ in fide catholica Et vt
nunquā cōsummā finē meū:
nisi prius emēdatus fuero ab
omnibus delictis meis: vt pecca

ta mea in hoc carnis ergastu
lo deleam: et eternitatis glo=
riam cõsequi merear Amen.
Domine Jesu christe: qui mũ
dum vniuersum proprio san=
guine redemisti. Exaudi me
peccatorem quottidie peccan=
tem: et in peccatis nimis iacẽ=
tem: tibi soli peccaui. te christe
confessus. Ego peccaui coram
te & coram angelis tuis: in ver
bis et in factis: in omnibus co
gitationibus quibus excogi=
tare potui: infelix ego homo:

innumerabilia delicta mea.
Omnipotens deus veniam pe-
to coram te: et coram angelis
tuis: et sanctis tuis: de vniuer-
sis peccatis meis: presentibus
preteritis et futuris: deus pro-
pitius esto mihi pctori Amē.

Quicūq; hanc oratiōem de-
uote dixerit: eadem oratio in
agone mortis sue: sibi in me-
moriā veniet: et adiumētum
et consolationem prestabit.

Dulcissime domine ie-
su Christe: qui hominē

rectũ ad similitudinẽ et ima-
ginem tuam creasti: eiq; libe-
rum arbitrium et vniuersor
dominatum tribuisti: et vt pri
mi parentis inobedientiam:
et peccati lapsum aboleres: ex
gloriosissima virgine Maria
p nostra redemptione nasci:
& circumcidi voluisti: a iudeis
reprobari: a iuda osculo tradi:
Capi: ac cum vinculis Anne:
Chayphe: Herodi: et Pilato
offerri. Corã illis illudi. Alla-
pis: flagellis: arundine cedi:

facie velari: sputo conspui: spi
nis coronari: falsis quoque te=
stibus accusari Iudicari: ⁊ vt
agnus innocẽs tuam crucem
ferẽdo ad victimam duci: cla=
uis perforari: felle et aceto po=
tari. Morte q̃ turpissima con=
dempnari. Lancea vulnerari
de cruce deponi: in monumẽ=
to sepeliri. Resurgere die ter=
tia: celos ascendere: ⁊ ad dexte=
ram dei patris sedendo. Pro=
missum sanctum spiritum di
scipulis mittere: et inde venitu=

rus es: iudicare viuos et mor-
tuos: singulis pro meritis bo-
num vel malum redditurus.
O cor humanum omni saxo
durius. Si ad redẽptoris mei
passionis memoriã non emol
liar. O conditor celi et terre.
Rex regum: et dominus do-
minantium. Qui me exiguã
creaturam tuam: vt populo
tuo preessem ex nihilo consti-
tuisti. Quem ego peccator: nõ
sum dignus nominare: inuo-
care: neq; cogitare. Has salu-

berrime passionis tue commemorationes: tibi offero immẽsas. Sed vtinam deuotas: et acceptas. Obsecrans tuam̃ ineffabilem misericordiam domine Jesu Christe: vt in corde meo crucem tuam: continua memoria erigas: et me tuam passionem: et mortem iugibus gratiarum actionibus recognoscere fatias. Ac per easdem tuas sanctissimas penas et mortem preciosissimam: et p merita: et preces beatissime

ſemper virginis Marie omni
umque ſanctorꝝ me maximũ
peccatorem. N. famulum tuũ
ab angustijs cunctis eripere:
a dyaboli laqueis: a peccatorꝝ
vinculis: ab omnibus inimicis
aime et corporis visibilibus et
inuisibilibus ⁊ omni malo libe
rare et ꝓtegere digneris. Con
cedeq: vt omnes mee volunta-
tes: et actiones placite sint tue
pietati: salutiq anime mee cõ
ueniant. Tua gratia ac san-
cta pace omniq virtute mere

ple: et in his vsq̃ ad mortem
perseuerare indulge: et ad ce-
lestis regni gloriam sempiter
nam me post huius vite cur-
sum fac peruenire. Qui cũ pa-
tre et filio et spiritu sancto: vi-
uis et regnas deus. Per om-
nia secula seculorum Amen.

Pro bñfactorib9 interpellatio

Domine Jesu christe su-
scipe preces mei peccato
ris p animabus fidelium de-
functorum. Qui maiestatem
tuam pro me exorauerunt: et

qui se in preces meas commẽ-
dauerũt: et quorum diuitias-
⁊ bona recepi: ⁊ pro omnibus
qui de terrenis facultatibus su
is solatia mihi prebuerũt: vel
qui propriis membris: labo-
rando mihi obsequia exhibue
runt: et mortem passi sunt: et
pro omnibus ex quorum car-
ne originẽ duxi carnis: vel qui
mihi carnali ꝓpinquitate iũ-
cti sunt: vel qui in me: vel pro-
pter me: et me prouocãte quo-
libet modo peccauerunt: vel

bonum quod agere debuerũt
neglexerunt: et libera eas ab
omnibus penis: et angustijs:
et perduc eas ad requiem sem
piternam. Qui venturus es
iudicare viuos et mortuos et
seculum per ignem Amen.

Versi. Ne tradas bestijs ani=
mas confitentes tibi. Et ani=
mas pauperum tuorũ ne ob=
liuiscaris in finem.

Omnipotens sempiterne
deus: qui humanũ cor=
pus de limo terre formasti ex=

audi preces quas tibi pro animabus fideliũ parẽtum meorum defunctorum effundo: et per sacrum corporis et sanguinis tui misterium: et per vexillum sancte crucis: libera eas a tormento mortis eterne: ⁊ ne derelinquas eas quia speraverunt in te. Psalmus.

De profũdis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris
domine: dñe quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est:
et propter legem tuam susti=
nui te domine.
Sustinuit anima mea in ver
bo eius: sperauit anima mea
in domino.
A custodia matutina vsq ad
noctem: speret israel in dño.
Quia apud dñm mscdia: et
copiosa apud eum redēptio.
Et ipe redimet israel: ex omnib9
iniquitatibus eius. Gloria.

Euangelium Ioannis

N principio erat verbũ
et verbũ erat apud de-
um: et deus erat verbũ. Hoc
erat in principio apud deum
Omnia per ipsum facta sunt: ⁊
sine ipso factũ est nihil: quod
factum est in ipso: vita erat: et
vita erat lux hominum: ⁊ lux
in tenebris lucet: et tenebre eã
non comprehenderunt. Fuit
homo missus a deo: cui nomẽ
erat Ioannes. Hic venit inte
stimonium: vt testimonium

perhiberet de lumine: vt omnes
crederent per illum. Non erat
ille lux: sed vt testimoniũ per
hiberet de lumine. Erat lux ve
ra: que illuminat omnem ho=
minẽ venientem in hunc mũ=
dum. In mundo erat: et mũ=
dus per ipm factus est: et mũ=
dus eum non cognouit. In
propria venit: et sui eum nõ re=
ceperunt. Quotquot autẽ re=
ceperunt eum: dedit eis pote=
statem filios dei fieri: his qui
credunt in nomine eius. Qui

non ex ſanguinibus: neq; ex
voluntate carnis: neq; ex vo-
lũtate viri: ſed ex deo nati ſunt
Et verbum caro factum eſt: et
habitauit in nobis. Et vidi-
mus gloriã eius: gloriã quaſi
vnigeniti a patre: plenũ gra-
tie et veritatis. Deo gratias.
Per euangelica dicta. Deleã-
tur vniuerſa noſtra delicta.

Psalmus.

Miserere mei deus: secũdum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo mũda me.
Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: et peccatũ meũ contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum co

ram te feci: vt iustificeris in ser
monibus tuis: et vincas cum
iudicaris.
Ecce enim iniquitatibus con-
ceptus sum: et in peccatis con-
cepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti:
incerta et oculta sapientie tue
manifestasti mihi.
Asperges me domine ysopo:
et mũdabor: lauabis me: et su-
per niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ
et letitiam: et exultabunt ossa

humiliata.
Auerte faciem tuam a pecca-
tis meis: et omnes iniquitates
meas dele.
Cor mundum crea in me de-
us: et spiritũ rectum innoua
in visceribus meis.
Ne proitias me a facie tua: et
spiritum sanctũ tuum ne au-
feras a me.
Redde mihi letitiã salutaris
tui: et spiritu principali con-
firma me.
Docebo iniquos vias tuas: et

impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus de
us deus salutis mee: et exulta-
bit lingua mea iustitiã tuã.
Domine labia mea aperies:
et os meum annũciabit lau-
dem tuam.
Quoniam si voluisses sacrifi-
tium dedissem: vtiq; holocau-
stis non delectaberis.
Sacrifitium deo spiritus con
tribulatus: cor contritũ et hu-
miliatũ deus non despities.
Benigne fac domĩe in bona

voluntate tua ſyon: vt edificē-
tur muri hierusalem.
Tunc acceptabis ſacrifitium
iuſtitie: oblationes et holocau
ſta: tunc imponent ſuper alta
re tuum vitulos. Gloria.

Sancte et indiuidue trinitatl ſuppler inuocatio.

Oro te deum patrem
et filium et ſpiritūſan-
ctum: vnā diuinitatem: equa-
lem gloriam: coeternam ma-
ieſtatem: tu es deus verus: et
nō eſt alius preter te: tu es ado

randus: colendus tremendus
et venerandus: in trinitate et
vnitate: tu es dominator om-
nium gentium: et saluator ho
minum: deus propitius esto
mihi peccatori: quia non sum
dignus: ego peccator leuare ocu
los meos ad celum. Nec respi-
cere ad te deum omnipotentē
p̄ multitudine peccatorum meo-
rum: sed tu misericors condi-
tor et redemptor noster: qui es
coeternus: coeglis patri: quia
peccatores saluare venisti mi-

ſerere mihi peccatori: omnium
iniquitatum pondere pregra=
uate. Aufer a me miſericors
deus: omnia mala preterita
p̃ſentia et futura: interueniẽte
beata dei genitrice Maria ſem
per virgine cũ omnibus ſan=
ctis: mitte mihi adiutoriũ de te
lis: vt non dñetur in me ini=
quitas mea: ſed de illa agam
penitentiam que ſit tibi placi=
ta: vt poſſim ad tuam miſeri=
cordiam peruenire: deus qui
ſolus habes ſapientiã: tu ſcis

domine que mihi peccatori ex-
pediunt: ideo prout tibi placet
et sicut bonum in oculis diui-
ne maiestatis tue videtur: ita
de me fiat. Suscipe pater cle-
mens preces famuli tui: & per
ueniant ad aures tuas oratio-
nes mee: quas pro me misero
peccatore coram te effundo: et
coram sanctissima Maria vir-
gine matre tua: et omnibus
sanctis tuis Amen. Domine
deus meus: dirige pedes me-
os in viam pacis: & eterni an-

geli dei atq; archangeli dei cu
stodite me. Michael. Gabriel.
Cherubin: atq; seraphin: qui
statis ante thronum dei custo
dite me ab omnibus iniquis
cũctisq; malignis spiritibus.
Deprecor vos: per dominum
nostrum Jesum christum: vt
retineatis oñes aduersarios
vel insidiatores: qui nocere mi
hi volunt: vt sim liberatus de
manibus inimicorum meo-
rum: visibilium ⁊ inuisibiliũ:
benedicam nomen sanctum

dei quod gloriose honorificatũ est in secula seculoꝝ Amen

De sancto Georgio.

O Georgi miles Christi: palestinã deuicisti manu tua valida. Ortus tuus generosus: actus tuus bellicosus fides erat feruida: per lanceã in vibrantem et draconem vulnerantẽ: viuit regis filia. Sic in sancta trinitate: de Silena ciuitate: credunt multa milia: princeps feror et insanus: cui nomẽ Datianus: corpus tuũ

lacerat: te veneno bis potauit:
et in plumbo balneauit: pena
grauis fuerat: penam tuã mu-
tigauit. Christus cum te visita
uit: reclusum in carcere. Hic
nos saluet a peccatis: vt in ce-
lo cum beatis: possimus qui-
escere Amen.

De sancta Appolonia.

Deus pro cuius sanctissi
mi nois tui amore: be-
ata appolonia virgo et mar-
tir amaram dẽtium excussio-
nem sustinuit. Presta quesu-

mus: vt omnes qui eius pene
randam memoriam: pia de=
uotione frequẽtant: ab anxio
dolore dentium immunes cu=
stodias: et post aduersas pre=
sentis seculi erumnas: ad bea
te patrie gaudia pducas. Per
christum dñm nostrũ Amen.

De sancto Mathia.

MAiorem Caritatem ne=
mo habet: vt animam
suam ponat quis pro amicis
suis. Versi. Memores erũt no=
minis tui domine: in omni ge

nerationē et generationem.
Deus qui beatum Mathiam
tuoꝝ apostolorum collegio so
tiasti: tribue quesumus: vt ei-
us interuentiōe tue circa nos
pietatis: semper viscera sentia-
mus. Per christum dominū
nostrum Amen.

De sancto Andrea.

Andreas christi famul⁹
dignus dei apostolus
germanus petri: et in passio
ne sotius. Ver. Dilexit andre
am dñs: in odorē suauitatis.

Oremus. Maiestatem tuam domĩe suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tue beatus Andreas apostolus extitit: predicator et rector. Ita apud te sit ipse ꝑ nobis perpetuus intercessor. Per christum dominũ nostrum Amen.

De sancto Maximiliano.

Alme confessor domini presul regi eterni Maximiliane: consors sanctorũ: concitis celestium: exaudi preces tuorũ: sume vota supplicũ: et

pro nobis regē regum ipsum
poste dominum. Versi.
Ora p nobis beate pater Maxi
miliane. Respon. Ut digni
effitiamur promissione xpi.
Oremus. Deus qui populo
eterne salutis beatum Maxi=
milianum ministrum cōtessi
sti: presta quesumus: vt quem
doctorē vite habuimus in ter=
ris: intercessorem semper ha=
bere mereamur et in celis Per
christum dominum nostrum
Amen.

Contra Poteñtes. Psalmus.

MIserere mei deus: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: doñec transeat iniquitas.

Clamabo ad deũ altissimũ: deum qui benefecit mihi.

Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit deus misericordiã suam et veritatem suam: et eripuit

animam meam: de medio ca
tulorum leonum dormiui cõ=
turbatus.
Filij hominum dẽtes eorum
arma et sagitte: et lingua eo=
rum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et
in omnem terrã gloria tua.
Laqueum parauerunt pedi=
bus meis: et incuruauerunt
animam meam.
Foderunt ante faciem meam
foueam: et inciderũt in eam.
Paratum cor meum: deus pa

ratum cor meum: cantabo et
psalmum dicam.
Exurge gloria mea: exurge
psalterium et cithara: exurgam
diluculo.
Confitebor tibi in populis do-
mine: et psalmum dicam tibi
in gentibus.
Quoniam magnificata est usq
ad celos misericordia tua: et
usq ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et
super omnem terram gloria
tua. Gloria.

Duo psalmi dicendi. Quãdo bellum adeundum est.

Qui habitat in adiuto=
rio altissimi: in ꝓtectio
ne dei celi commorabitur.
Dicet domino susceptor meus
es tu: et refugiũ meum: deus
meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me
de laqueo venãtium: et a ver=
bo aspero.
Scapulis suis obumbrabit ti=
bi: ⁊ sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te veritas

eius: non timebis a timore no
cturno.
A sagitta volante in die: a ne-
gotio perambulante in tene-
bris: ab incursu & dmonio me
ridiano.
Cadent a latere tuo mille: et
decem milia a dextris tuis: ad
te autem nõ appropinquabit
Verũtamen oculis tuis con-
siderabis: et retributionẽ pec-
catorum videbis. Quoniam
tu es domine spes mea: altissi-
mum posuisti refugium tuũ.

Non accedat ad te malum: et
flagellum non appropinqua
bit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis deus
mãdauit de te: vt custodiant
te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabũt te: ne
forte offendas ad lapidem pe=
dem tuum.
Super aspidem et basiliscum
ambulabis: et conculcabis leo
nem et draconem.
Quoniã in me sperauit libe=
rabo eum: protegã eum quo=

niam cognouit nomen meũ.
Clamauit ad me et ego exau-
diam eum: cum ipso sum in
tribulatione: eripiam eum: et
glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo
eum: et ostendam illi salutare
meum.

Psalmus Dauidis.

Iudica domine nocen-
tes me: expugna impu-
gnantes me.
Apprehẽde arma et scutum:
et exurge in adiutorium mihi

Effunde franeam et conclu-
de aduersus eos: qui psequun
tur me: dic anime mee salus
tua ego sum.
Confundantur ⁊ reuereãtur
querentes animam meam.
Auertanꝯ retrorsum et cõfun
dantur: cogitãtes mala mihi.
Fiant tanquã puluis ante fa
tiem venti: et angelꝰ domini
coartans eos.
Fiant vie illorum tenebre: et
lubricum: et angelus domini
persequens eos.

Quoniã gratis abſconderunt
mihi interitum laquei ſui: ſu-
peruacue exprobrauerũt ani-
mam meam.
Veniat illi laqueus quẽ igno-
rat: et captio quam abſcondit
apprehendat eum: et in laque
um cadat in ipſum.
Anima autem mea exultabit
in domino: et delectabitur ſu-
per ſalutari ſuo.
Omnia oſſa mea dicent: dñe
quis ſimilis tui.
Eripiens inopẽ de manu fo-

tiorum eius egenum: et pau-
perem ab irripientibus eum.
Surgentes testes iniqui que
ignorabã: interrogabant me:
retribuebant mihi mala pro
bonis: sterilitatẽ anime mee.
Ego autem cum mihi moles-
ti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio ani-
mam meam: & oratio mea in
sinu meo conuertetur.
Quasi proximũ et quasi fra-
trem nostrum: sic complace-
bam: quasi lugens et contri-

status sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt ⁊
conuenerunt: cōgregata sunt
super me flagella: ⁊ ignorauí
Dissipati sunt: nec compūcti
temptauerunt me: subsanna-
uerūt me subsannatiōe: fren-
duerunt super me dentibus
suis.
Domine quando respities re-
stitue animam meam a ma-
lignitate eorū: a leonibus uni-
cam meam.
Confitebor tibi in ecclesia ma-

gna: in populo graui lauda-
bo te.
Non supgaudeant mihi qui
aduersantur mihi inique: qui
oderunt nie gratis: et annuũt
oculis.
Quoniã mihi pacifice loque-
bantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os
suum: dixerunt euge euge vi-
derunt oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas: do-
mine ne discedas a me.

Exurge domine & intende iu-
ditio meo deus meus: & domi
nus meus in causam meam.
Judica me secundum iustiti-
am tuam domie deus meus:
et non super gaudeant mihi.
Non dicant in cordibus suis
euge euge anime nostre: nec
dicant deuorabimus eum.
Erubescãt & reuerãtur simul:
qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et re-
uerentia: qui maligna loquũ
tur super me.

Exultent ⁊ letentur qui volũt
iustitiam meam: ⁊ dicãt sem-
per magnificetur dominus:
qui volunt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur
iustitiam tuam: tota die lau-
dem tuam.

Quomodo Judei perterriti
ceciderunt in terram.

Hiesu vnigenite altissi
mi patris splendor: et fi
gura substantie eius: et te ipm
appellaris. Ego sum inquis
vitis vera: pastor bonus via

veritas et vita. Memento tri-
bulatiōis: et angustie: nectnō
insidie iudeorum in nocte pas-
sionis tue: dummodo iudei te
cōprehendere: captiuare et cru
cifigere nitebātur: quibus ob-
uiando dulciter dixisti: quem
querit? Qui responderūt Hie
sum Nazarenum: quibus re-
spondētibus velut mortui pti
nus ceciderunt in terram: nec
quicquam mali tibi facere po-
tuerunt: ob memoriam illius
tremoris: angustie: et doloris

quos illa nocte captiuitatis tue
sustinuisti. Te deprecor clemē-
tissime hiesu: redemptor et me
dice celestis humani generis:
quatenus omnes hostes mei:
visibiles et inuisibiles contra
fatiem meam terreantur: et a
te debilitentur: vt viui quasi
mortui contra me stare videā
tur: vt tibi redemptori meo re-
feram laudes et honores: et
gratiarumactiones de victo-
ria: omnium inimicorū: per
hec tria sanctissima nomina

tua Agla Anañizapta te
tragramaton: que sunt lau-
danda: glorificanda: tremen-
da: et adoranda: nunc et per
infinita secula seculorũ Amẽ.

Pater Noster.

Hiesu vera libertas an
gelorum: mundi fabri
tator: ⁊ omniũ bonorũ auctor:
via salutis eterne: veritas osten
sor. Memento comprehensio-
nis et temptationis tue: quan
do iudei tanquã leones fero-
cissimi in templo te circumste-

terunt: et lapidare voluerunt:
et manus iniecerunt: qui ta-
men cũ diuina potestate pa-
tris tui protectus eriuisti: put
scriptum est Hiesus autẽ ab-
scondit se et exiuit de templo.
Ita deprecor tuã immensam
misericordiam: secundum ple
nitudinem diuinitatis tue: me
protegere digneris: vt nec dya
bolus: vel vllus humanus ini
micus: in aĩa & corpore me no-
cere valeat: prestante domino
nostro hiesu christo: qui cũ pa

tre et spiritusancto glorie viuit
et regnat in secula seculorum.
Amen.

Hore intemerate virginis Ma
rie secundum vsum Romane
curie. Ad matutinas.

Domine labia mea ape
ries. Et os meum an=
nunciabit laudem tuã. De=
us in adiutorium meum intẽ
de. Domine ad adiuuãdum
me festina. Gloria patri et fi=
lio: et spiritui sactõ. Sicut erat

in principio ⁊ nunc ⁊ semper:
et in secula seculorum Amen.
Alleluia. Et dr Alleluia a pa-
scha vsq ad septuagesimam:
et a septuagesima vsq ad pa-
scha dicitur. Laus tibi domi-
ne: rex eterne glorie. Inuitato
rium. Aue maria gratia ple-
na. Dominus tecũ. Aue ma-
ria. Psalmus.

Venite exultemus domi
no: iubilemus deo salu
tari nostro: preoccupemus fa-
ciem eius in confessione: et in

psalmis iubilemus ei. Aue
maria. Quoniam deus ma-
gnus dominus: et rex magn⁹
super omnes deos: quoniam
nõ repellet dominus plebem
suã: quia in manu eius sunt
omnes fines terre: et altitudi-
nes montium ipse conspicit.
Dominus tecum. Quoniam
ipsius est mare: & ipse fecit illd
et aridam fundauerunt ma-
nus eius: venite adoremus et
procidamus ante deum: plo-
remus coram domino qui fe-

cit nos: quia ipse est dominus
deus noster: nos autem popu
lus eius: et oues pascue eius.
Aue maria. Hodie si vocem
eius audieritis: nolite obdura
re corda vestra: sicut in exacer=
batione secundum diem: ten=
tationis in deserto: vbi tenta=
uerunt me patres vestri: pba=
uerunt et viderũt opera mea.
Dominus tecum. Quadra=
ginta annis proximus fui ge
nerationi huic: et dixi semper
hi errãt corde: ipsi vero nõ co

gnouerunt vias meas: qui=
b⁹ iuraui in ira mea: si introi=
bunt in requiem meam Aue.
Gloria patri et filio: ⁊ spiritui
sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper: et in secula
seculorum amen. Dominus
tecum. Aue maria gratia ple
na dominus tecũ. Hymnus.

Qem terra pontus ethe
ra: colunt adorant pre=
dicant: trinã regentem machi
nam: claustrũ Marie baiulat
Cui luna sol et omnia deserui

unt per tempora: perfusa celi
gratia: gestant puelle viscera
Beata mater munere: cuius
supernus artifex: mundũ pu-
gillo cõtinens: ventris sub ar-
cha clausus est. Beata celi nũ-
ctio: fecunda sancto spiritu: de
sideratus gentibus: cuius per
aluum fusus est. Gloria tibi
domine: qui natus est de vir-
gine: cum patre et sancto spiri
tu: in sempiterna secula amẽ.
Iste psalm⁹ et alij duo sequẽ-
tes cum suis Antiphonis di-

cuntur diebus dominicis lu=
ne et iouis. Antiphona. Be=
nedicta. Psalmus.

Domine dominus no=
ster: quam admirabile
est nomen tuum in vniuersa
terra. Quoniã eleuata ẽ: ma=
gnificẽtia tua super celos. Ex
ore infantium: et lactentium
perfecisti laudem propter imi=
micos tuos: vt destruas imi=
micum & vltorem. Quoniam
videbo celos tuos opera digi=
torum tuorum: lunam et stel=

las que tu fundasti. Quid est
homo? q̃ memor es eius: aut
filius hominis: quoniam visi
tas eum. Minuisti eum paulo
min⁹ ab angelis: gloria et ho
nore coronasti eũ: & constitui-
sti eum super opera manuũ
tuarũ. Omnia subiecisti sub
pedibus eius: oues et boues
vniuersas: insup et pecora cã-
pi. Volucres celi: et pisces ma-
ris: qui perambulãt semitas
maris. Domine dominus no-
ster: quam admirabile est nõ

men tuum in vniuersa terra.
Gloria patri. Antiphona Be
nedicta tu in mulieribus: & be
nedictus fructus ventris tui.
Ant. Sicut mirrha. Psalmus

Eli enarrant gloriam
dei: et opera manuum
eius annunciat firmamen=
tum. Dies diei eructat verbū:
et nox nocti indicat scientiam
Non sunt loquele: neque ser=
mones: quorum non audian
tur voces eorum. In omnem
terram exiuit sonus eorum: et

in fines orbis terre verba eorꝫ.
In sole posuit tabernaculum
suum: et ipse tanquam spon-
sus procedens de thalamo suo
Exultauit vt gygas ad curre-
dam viam: a summo celo egres-
sio eius. Et occursus eius vsqꝫ
ad summum eius: nec est qui
se abscondat a calore eius. Lex
domini immaculata conuer-
tens animas: testimoniũ do-
mini fidele: sapientiam pre-
stans paruulis. Iustitie do-
mini recte letificãtes corda: pre

ceptum domini lucidum illu=
minans oculos. Timor do=
mini sanctus permanet in se=
culum seculi: iuditia domini
vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia sup aurũ et la=
pidem preciosum multum: et
dulciora super mel et fauum.
Etenim seruus tuus custodit
ea: in custodiendis illis retri=
butio multa. Delicta quis in=
telligit ab occultis meis mun=
da me: et ab alienis parce ser=
uo tuo. Si mei nõ fuerint: do=

minati: tunc inmaculatus ero:
et emundabor a delicto maxi-
mo. Et erunt vt complaceant
eloquia oris mei: et meditatio
cordis mei in cõspectu tuo sem
per. Domine adiutor meus &
redemptor meus. Gloria. An
tiphona. Sicut mirra electa
odorem dedisti suauitatem san-
cta dei genitrix. Antiphona.
Ante thorum. Psalmus.
Domini est terra: et ple-
nitudo eius orbis terra-
rum: et vniuersi qui habitant

in eo. Quia ipse super maria
fundauit eum: et super flumi=
na preparauit eum. Quis ast
endet in mõtem domini: aut
quis stabit in loco sancto eius.
Innocens manibus et mun=
do corde: qui non accepit in va
no animam suam: nec iura=
uit in dolo proximo suo. Hic
accipiet benedictionem a do=
mino: et misericordiam a deo
salutari suo. Hec est genera=
tio querentium eum: queren=
tium faciem dei iacob. Attol=

lite portas principes vestras:
et eleuamini porte eternales
& introibit rex glorie. Quis est
iste rex glorie? dominus virtu
tum ipse est rex glorie. Attolli
te portas principes vestras: &
eleuamini porte eternales: &
introibit rex glorie. Quis est
iste rex glorie? dominus virtu
tum: ipse est rex glorie. Gloria
patri. Antiphona. Ante tho-
rum huius virginis: frequen
tate nobis dulcia cantica dra-
gmatis. Ver. Diffusa est gra

tia in labijs tuis. Responsori.
Propterea bñdixit te deus in
eternum. Pater noster. Et ne
nos. Benedictio. Precibus et
meritis: vt sequitur post.
Iste psalmus et alij duo se-
quentes cum suis antiphonis
dicuntur diebus martis et ve-
neris: antiphona Specie tua:
et pulchritudine. Psalmus.
Eructauit cor meũ ver-
bum bonum: dico ego
opera mea regi. Lingua mea
calamus scribe: velociter scri-



bentis. Speciosus forma pre-
filijs hominũ: diffusa est gra-
tia in labijs tuis: propterea be
nedixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo: sup fe-
mur tuũ potẽtissime. Specie
tua et pulchritudine tua: in-
tende prospere: pcede ⁊ regna
Propter veritatem ⁊ mansue
tudinem et iustitiam: et dedu-
cet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute populi sub
te: cadent in corda inimicorũ
regis. Sedes tua deus in se-

culum seculi: virga directio=
nis: virga regni tui. Dilexisti
iustitiam: et odisti iniquita=
tem: propterea unxit te deus
deus tuus oleo leticie: pre con=
sortibus tuis. Mirra & gutta &
cassia a vestimentis tuis: a do
mibus eburneis: ex quibus de
lectauerunt te filie regum in
honore tuo. Astitit regina a
dextris tuis: in vestitu deau=
rato circũdata varietate. Au=
di filia et vide: et inclina aurẽ
tuam: et obliuiscere populum

tuum et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tu
um: quoniam ipse est domi-
nus deus tuus: et adorabunt
eum. Et filie tyri in muneri-
bus: vultum tuum deprecabũ
tur omnes diuites plebis. O m-
nis gloria eius filie regis ab in
tus in fimbriis aureis: circum
amicta varietatibus. Adducẽ
tur regi virgines post eã: pri-
me eius offerentur tibi. Affe-
rentur in leticia et exultatiõe:
adducẽtur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt ti
bi filij: cõstitues eos principes
super oñem terram. Memo-
res erunt nominis tui domie:
in omni generatione & gene-
rationem. Propterea populi
confitebũtur tibi in eternum:
& in seculum seculi. Gloria pa
tri & filio: & spirituisancto. Si
cut erat in princi. Antiphona.
Specie tua: et pulchritudine
tua: intende prospere: pcede et
regna. Antiphona. Adiuua-
bit. Psalmus.



Deus noster refugiũ et
virtus: adiutor in tribu
latiõibus: que inuenerũt nos
nimis. Propterea non time=
bimus dum turbabitur terra:
et transferentur mõtes ĩn cor
maris. Sonuerunt et turba=
te sunt aque eorum: conturba
ti sunt montes in fortitudine
eius. Fluminis impetus leti=
ficat ciuitatem dei: sanctifica=
uit tabernaculum suum al=
tissimus. Deus in medio ei=
us non commouebitur: ad=

iuuabit eam deus mane di=
luculo. Conturbate sunt gen=
tes et inclinata sunt regna: de=
dit vocem suam: mota est ter=
ra. Dominus virtutum no=
biscum: susceptor noster deus
iacob. Venite ⁊ videte opera
domini: que posuit prodigia
super terram: auferens bel=
la vsq̃ ad finem terre. Arcũ
conteret et confringet arma:
et scuta conburet igni. Vaca=
te et videte: quoniam ego sum
deus exaltabor in gentibus: ⁊

exaltabor in terra. Dominus
virtutum nobiscum: susceptor
noster deus iacob. Gloria.
Aū. Adiuuabit eam de⁹ vul=
tu suo: deus in medio eius nō
cōmouebitur. Antiphona.
Sicut letantium. Psalmus.
Fundamēta ei⁹ in mon
tibus sanctis: diligit do
minus portas syon: super om
nia tabernacula iacob. Glori=
osa dicta sunt de te: ciuitas dei
Memor ero raab et babilonis
scientiū me. Ecce alienigene

et tyrus ⁊ populus ethiopum
hij fuerit illic: Nunquid syon
dicet homo et homo natus est
in ea: et ipse fundauit eam al=
tissimus. Dominus narrabit
in scripturis populorũ et prin=
cipum horũ: qui fuerunt in ea
Sicut letantium omniũ no=
strũ: habitatio est in te. Gloria
Antiphona. Sicut letantiũ
oim nostrũ: habitatio est in
te sctã dei genitrix. Ver. Dif=
fusa est gratia in labijs tuis.
Respon. Propterea benedixit

te deus in eternum. Pater no-
ster. Et ne nos. Bñdictio. Pre
cibus et meritis. vt sequit post
Iste psalmus: et alij duo se-
quentes cum suis antiphonis
dicuntur diebus mercurij et
sabbati. Antiphona. Gaude.
Psalmus
Cantate domino canti-
cum nouũ: cantate dño
omnis terra. Cantate domio
et benedicite nomini eius: an-
nunciate de die in diem salu-
tare eius. Annunciate inter

gentes gloriam eius: in omni
bus populis mirabilia eius.
Quoniã magnus dominus
et laudabilis nimis: terribilis
est super omnes deos. Quoni
am omnes dii gentium demo
nia: dominus autem celos fe-
cit. Confessio et pulchritudo
in cõspectu eius: sanctimonia
et magnificentia in sanctifica
tione eius. Afferte domio pa-
tri gentium: afferte domino
gloriam et honorem: afferte
domino gloriam eius. Tolli-

te hostias et introite in atria
eius: adorate dominũ in atrio
sancto eius. Conmoueatur a
facie eius vniuersa terra: dicite
in gentibus quia dñs regna=
uit. Etenim correxit orbẽ ter=
re qui non commouebitur: iu
dicabit populos in equitate.
Letentur celi et exultet terra:
commoueatur mare et pleni=
tudo eius: gaudebunt campi
et omia que in eis sunt. Tunc
exultabunt omia ligna silua=
rum a facie domi quia venit:



quoniam venit iuditare terrã
Iudicabit orbẽ terre in equi=
tate: et populos in veritate sua
Gloria. Antiphona. Gaude
maria virgo: cunctas hereses
sola iteremisti in vniuerso mũ
do. Añ. Dignare. Psalmus.
Dominus regnauit ex=
ultet terra: letẽtur insu=
le multe. Nubes et caligo in
circuitu eius: iusticia et iudici=
um correctio sedes ei⁹. Ignis
ante ipsum precedet: et inflam
mabit in circuitu inimicos ei=

us. Alluxerunt fulgura eius
orbi terre: vidit et cõmota est
terra. Montes sicut cera fluxe-
rũt a facie domini: a facie do-
mini omnis terra. Annunctia-
uerũt celi iustitiam eius: et vi-
derunt omnes populi gloriã
eius. Confundantur omnes
qui adorant sculptilia: et qui
gloriãtur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli
eius: audiuit et letata est syon
Et exultauerunt filie iude: p-
pter iudicia tua domie. Quo-

niam tu dominus altissimus
super omnem terram: nimis
exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odi-
te malum: custodit dominus
animas sanctorum suorum: de
manu peccatorum liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rectis cor-
de leticia. Letamini iusti in do
mino: et confitemini memorie
sanctificationis eius. Gloria
patri et filio: et spiritui sancto. Si-
cut erat in. Antipho. Dignare
me laudare te virgo sacra-

ta: da mihi virtutē contra ho-
stes tuos. Antiphona. Post
partum. Psalmus.
Cantate domino canti-
cum nouum: quia mi-
rabilia fecit Saluauit sibi dex
tera eius: et brachium sanctū
eius. Notum fecit domin⁹ sa-
lutare suum: in conspectu gen
tium reuelauit iusticiam suā.
Recordat⁹ ē misericordie sue:
et veritatis sue domui israel.
Viderunt omnes termini ter-
re: salutare dei nostri. Jubila-

te deo omnis terra: cantate et exul
tate et psallite. Psallite domi-
no in cythara in cythara: et vo
ce psalmi: in tubis ductilibus
et voce tube cornee. Jubilate
in conspectu regis dni: mouea-
tur mare et plenitudo eius: or-
bis terrarum et qui habitant
in eo. Flumina plaudent ma
nu simul: montes exultabunt
a conspectu domini: quoniam
venit iudicare terram. Judi-
cabit orbem terrarum in iusti-
cia: et populos in equitate. Glo-



Antiphona. Post partũ virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Versi. Diffusa est gratia in labijs tuis. Respon. Propterea benedixit te deus in eternum. Pater noster. Et ne nos inducas intẽptationẽ. Benedictio

Precibus et meritis beatissime gloriosissimeq; matris semp virginis Marie: omnium sanctorum et sanctarum perducat nos dominus noster iesus christus ad regna

celorum Amen. Jube domi-
ne bñdicere. Benedictio. Nos
cum prole pia: benedicat vir-
go maria. Lectio. Prima.

In omnibus requiē que
siui: et in hereditate do-
mini morabor. Tunc pretepit
et dixit mihi creator oīm: et qui
creauit me: requeuit in taberna
culo meo: et dixit mihi. In ia-
cob ihabita: et in israhel heredi-
tare: et in electis meis mitte ra
dices. Tu autem do. Deo gra
tias. Respon. Sancta et inma-

culata virginitas: quibus te
laudib⁹ efferam nescio. Quia
quem celi capere non poterāt
tuo gremio contulisti. Versi.
Benedicta tu in mulieribus.
Quia quem. Iube domne be=
nedicere. In omni tribulatio
ne et angustia nostra: succur=
rat nobis virgo maria Amē.

Lectio secunda.

ET sic in syon firmata
sum: et in ciuitate sancti
ficata similiter requieui: et in
hierusalem potestas mea et ra

dicaui in populo honorifica-
to: et in partes dei mei heredi-
tas illi⁹: ⁊ in plenitudine san-
ctorum detentio mea. Tu au-
tem. **Respon.** Beata es virgo
maria: que dominum porta-
sti: creatorem mundi. Genui-
sti qui te fecit: et in eternũ per-
manes virgo. **Ver.** Aue ma-
ria gratia plena dominus te-
cum. Genuisti. Jube domi-
ne bñdicere. Per virginẽ ma-
trem: concedat nobis domin⁹
salutem et pacem. Amen.

Lectio tertia.

Vasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio rose in iericho. Quasi oliua speciosa in cãpis: et ãsi platan⁹ exaltata sum iuxta aquas in plateis sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi mirrha electa dedi suauitatẽ odoris. Tu autẽ domine. **Respon.** Felix nãq

es sacra virgo maria: & omni
laude dignissima. Quia ex te
ortus est sol iusticie: christus de
us noster. **Versi.** Ora pro po-
pulo: interueni pro clero: inter
cede pro deuoto femineo sexu:
sentiant omnes tuũ leuamen
quicunq; celebrant tuam com
memorationem. Quia ex te.
Gloria. Christus deus noster.

**Hyminus sanctorum Am-
brosij et Augustini.**

Te deum laudamus: te
dominum cõfitemur.

Te eternum patrem omnis
terra veneratur. Tibi omnes
angeli: tibi celi et vniuerse pote=
states. Tibi cherubin et sera=
phin: incessabili voce procla=
mant. Sanctus. Sanctus.
Sanctus: dominus deus sa=
baoth. Pleni sunt celi et terra:
maiestatis gloriae tue. Te glo=
riosus apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis
numerus. Te martirum can=
didatus laudat exercitus. Te
per orbem terrarum sancta con

fitetur ecclesia. Patrem im-
mense maiestatis. Venerandum tuum verum et vnicum filium. Sanctum quoq; paraclitum spiritũ. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum susceptturus hominem: non horruisti virginis vterũ. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum. Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te er-

go quesumꝰ tuis famulis sub
ueni: quos precioso sanguine
redemisti. Eterna fac cũ san=
ctis tuis gloria mũerari. Sal=
uum fac populum tuum do=
mine: ⁊ benedic hereditati tue
Et rege eos: et extolle illos vsqꝫ
in eternũ. Per singulos dies
bẽdicimus te. Et laudamus
nomẽ tuum in seculum: et in
seculũ seculi. Dignare domi=
ne die isto: sine peccato nos cu=
stodire. Miserere nostri domi=
ne: miserere nostri. Fiat mise

ricordia tua domīe ſuper nos:
quemadmodum ſperauim⁹
in te. In te domīe ſperaui nō
confundar in eternum.

Ad Laudes.

Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuuandum me festina.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui
sancto. Sicut erat ī principio
et nunc et semper: et in secula
seculorū Amen. Antiphona.
Assumpta est. Psalmus.

Omiñus regnauit de-
corem indutus est: idu-
tus est dominꝰ fortitudinem
et precinxit se. Etenim firma-
uit orbem terre: qui non com-
mouebitur. Parata sedes tua
ex tunc: a seculo tu es. Ele-
uauerunt flumina domine:
eleuauerunt flumina vocem
suam. Eleuauerunt flumina
fluctus suos: a vocibus aqua-
rum multarũ. Mirabiles ela-
tiones maris: mirabilis in al-
tis dominꝰ. Testimonia tua

credibilia facta sunt nimis: do
mui tuam domine decet san
ctitudo: in longitudine dierũ.
Gloria patri et. Antiphona.
Assumpta ẽ maria in celũm
gaudent angeli laudantes be
nedicũt dominũ. Antiphona
Maria. Psalmus.
Jubilate deo omnis ter-
ra: seruite domino in le
titia. Introite in cõspectu ei-
us: in exultatiõe. Scitote quo-
niam dominus ipse est deus:
ipse fecit nos: et non ipsi nos.

45 Jugo

Lucas Cronach berhüembten Maleys Handrüß.

Anno.
1515.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eo-
rum: et gladij ancipites i ma-
nibus eorum. Ad faciendam
vindictam in nationibus: in-
crepationes in populis. Ad al
ligandos reges eorum in con-
pedibus: et nobiles eorum in
manicis ferreis. Vt faciant in
eis iudicium conscriptum: glo
ria hec est oibus sanctis eius.
Laudate dominum in sanctis
eius: laudate eũ in firmamen
to virtutis eius. Laudate eum



in virtutibus eius: laudate eũ
secundũ multitudinem ma-
gnitudinis eius. Laudate eũ
in sono tube: laudate eum in
psalterio et cythara. Laudate
eum in tympano et choro: lau
date eum in cordis et organo.
Laudate eum in cymbalis be
nesonãtibus: laudate eum in
cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet dñm. Gloria.
Antiphona. Pulchra es et de-
cora filia hierusalem: terribi-
lis vt castroꝝ acies ordinata.

Capitulum.

Videruṅt eam filie syon et beatissimam predicauerunt: et regine laudauerunt eam. Deo gratias

Hymnus.

Gloriosa domina excelsa super sydera: qui te creauit prouide lactas sacrato vbere. Quod eua tristis abstulit: tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles: celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua: et porta lucis fulgida: vitam datam per virginem gentes

redempte plaudite. Gloria ti=
bi domie: qui natus es de vir=
gine: cum patre et sancto spiri
tu: in sempiterna secula. Amē
Versi. Benedicta tu in mulie
ribus. Respon. Et benedictus
fructus ventris tui. Antipho.
Beata dei genitrix.

Canticum Zacharie.

Benedictus domin⁹ de=
us israel: quia visitauit
et fecit redemptionem plebis
sue. Et erexit cornu salutis no=
bis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os san=
ctorum: qui a seculo sunt pro=
phetarum eius. Salutem ex
inimicis nostris: et de manu
omnium qui oderunt nos.
Ad faciēdam misericordiam
cum patribus nostris: et me=
morari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit
ad Abrahā patrem nostrum:
daturum se nobis. Vt sine ti=
more de manu inimicorum
nostrorum liberati: seruiam⁹
illi. In sanctitate et iusticia co

ram ipso: omnibus diebus no
stris. Et tu puer propheta al=
tissimi vocaberis: pibis enim
ante faciem domini parare vi
as eius. Ad dandam sciencia
salutis plebi eius: in remissio=
nem peccatorum eorum. Per
vistera misericordie dei nostri:
in quibus visitauit nos oriens
ex alto. Illuminare his qui
in tenebris et in vmbra mortis
sedent: ad dirigēdos pedes no
stros in viam pacis. Gloria.
Antiphona. Beata dei geni=

trix Maria virgo perpetua: templum domini sacrarium spiritus sancti: sola sine exemplo placuisti domino nostro Iesu christo: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo sexu. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Versi. Domine exaudi orationem meam. Responsium Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui de beate Marie virginis vtero: ver-

bum tuũ angelo anuũctian-
te carnem suscipere voluisti:
presta supplicibus tuis: vt qui
vere eam dei genitricem credi
mus: eius apud te intercessio-
nibus adiuuemur. Per eun-
dem dominũ nostrũ. Amen.

Commemoratio de sanctis.

Antiphona. Sancti dei om-
nes intercedere digneminí: p
nostra omniũq; salute. Versi.
Letamini in domino et exul-
tate iusti. Responsoriũ. Et glo-
riamini omnes recti corde.

Oratio.

Protege domine populum tuũ et apostolorũ tuorũ Petri et Pauli: et aliorum apostolorum patrocinio confidentem: perpetua defensione conserua. Per.

De sanctis Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine nos ubiq; adiuuent: vt dum eorũ merita recolimus: patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris cõcede temporibus: et ab

ecclesia tua cũctam repelle ne-
quiciam: iter: actus: et volun-
tates nostras: et omnium fa-
mulorum tuorum in salutis
tue prosperitate dispone: bene
factorib⁹ nostris sempiterna
bona retribue: et omnibus fi-
delibus defunctis requiẽ eter-
nam cõcede. Per dñm. Versi.
Domine exaudi orationẽ me
am. Respoñ. Et clamor me⁹
ad te veniat. Versi. Benedica-
mus domino. Respon. Deo
gratias. Versi. Fidelium ani

me per misericordiam dei re-
quiescant in pace. Amen.

Romanum vsum tenentes
in fine matutinarũ diue vir-
ginis sequentem solent oratio
nem dicere: que reuera deuota
et artificiosa est.

Ve stella matutina. mũ-
di princeps et regina.
Virgo sola digna dici. Inter
tela inimici. Clipeum pone sa
lutis. Tue titulum virtutis.
Tu es enim virga yesse. In
qua deꝰ fecit esse. Aaron ami-

gdalum. Mundi tollens scan-
dalum. Tu es area compluta
Celesti rore imbuta. Sicco ta-
mẽ vellere. Tu nos in hoc car-
cere. Solare propicia. Dei ple-
na gratia. O mater dei electa.
Esto nobis via recta. Ad eter-
na gaudia. Ubi par et gloria.
Et nos semper aure pia. Dul-
cis exaudi Maria. Versi. Di-
gnare me laudare te virgo sa-
crata. Respoñ. Da mihi virtu
tem contra hostes tuos.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

62 geor. Blätt.

Dürer 1 – 46.

Cranach 47 – 54

Ingrid Glass

Nr. 2116 Ausgang: 20. 5. 1959
I. Schäden: m n o r ja jö jp
II. Behandlung: 16 17 18 25 38 40
III. Besonderheiten:
BSB MÜNCHEN

2
L. impr.
membr.
64